



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De impedimentis secundi generis quæ impediunt matrimonium
contrahendum c. 14. & 15.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

dederis centum aureos: & in hoc
 ante conditionem impletam nul-
 lum est matrimonium: ea verò
 impleta si maneat consensus, vali-
 dum est, si tamē interim vnus spō-
 sorum cum altero contrahit de
 presenti, valide contrahit, sed pec-
 cat grauiter. Rapiens fœminam e
 domo, vel à parentum cura, ipse
 inuitis, nunquam potest cum rap-
 ta contrahere, antequam restituat
 immo est excommunicatus, vt su-
 lib. 1. & perpetuò infamis, ex Con-
 cil. Tr. sess. 24. cap. 6.

*De impedimentis secundi generis
 quæ impediunt matrimonium
 cōtrahendū. Cap. 14. & 15.*

Impedimēta, quæ impediunt cō-
 trahendum, & non dirimunt
 cōtractū, sunt quinque Inec-
 dictum, votum, Sponsalia, Cat-

chismus & Crimen. Episcopo nãque matrimonium interdicente, mortale est, si fiat; & qui habet castitatis, vel religionis votum, peccat contrahendo, & consummando, nec qui vouit castitatem, potest debitum petere sine dispensatione Episcopi. secus tamen de eo qui vouit tantum religionem, & vterque mortua vxore debet votum adimplere. Sponsalia similiter impediunt, nam qui cum aliqua de futuro contraxit, non potest cum alia sine causa. de præfenti contrahere. Idem dicendum de susceptore in catechismo, si enim contrahat cum catechizata, peccat mortaliter. Crimen est sex-ruplex, Incestus cum consanguinea coniugis vsque ad quartum gradum: Vxoriciidium, Raptus alienæ sponsæ: susceptio proprii filii mala intentione, videlicet, vt contracta cognatione debitum vxori non reddat. Presbytericidi-

um, & Sacrilegium. vt si quis monialem in vxorem duxerit. hęc ergo omnia impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum.

De Spōsalibus, & quibus modis contrahantur. Cap. 16.

Sponsalia sunt * promissiones mutuz cōtrahētū, futuri matrimonij, signo sēfibili expressæ. Quæ quidem in omnibus casibus & impedimentis, in quibus matrimonium non potest fieri, nulla sunt, & ante septennium inualida. Quatuor solent fieri modis. * Primo. Per absolutam & simplicem promissionem, sine conditione & nullo onere. * Secundo. Per absolutam promissionem cum onere, vt iuramento, munere, vel onere aliquo accedente. * Tertio. Per conditionariam promissionem, & est quadruplex, vt supra cap. 15. Quæ